



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Canis.

---

---

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

Demonibus obsecros, & in mare se præcipitan-  
tes viso JESU rogabant, ut transiret à finibus eo-  
rum. Matth. 8. Designant homines cum detri-  
mento temporali nolentes servire Deo. Sicut  
filius prodigus cupiens implere ventrem suum de  
silique pororum, quas nemo ei dabant. Luc. 15.  
Symbolum est luxuriosi.

## Canis.

**N**olite dare sanctum canibus. Matth. 7. Sa-  
cramenta indignis. *Canis secutus est eum*,  
Tob. 6. Symbolum fidelitatis. Quod verbum  
divinum tam exigua de cane Tobiae memoret,  
v.g. quod præcucurrit, & quasi nuntius ad-  
veniens blandimento sua canda gaudebat. Tob.  
11. [ que nec ad mores præcisè aut instruc-  
tionem aliquam faciunt ] signum est, quod mini-  
ma quæque commemoret Iubin Deus de justis;  
eo quod eos amet ob cor erga se rectum; dum  
de magnis coram mundo & peccatoribus aut  
de grandibus eorum, sicut mundo videtur,  
gestis nequidem facit mentionem. *Non est bo-*  
*num sumere panem filiorum, & mittere canibus*  
etiam Domine: Nam & catelli edunt de micis,  
qua cadunt de mensa Dominorum suorum. Respon-  
sione JESUS ait illi: O mulier! magna est fides  
tua. Fiat ibi, sicut vis. Matth. 15. Lazarus cu-  
piebat saturari de micis, qua cadebant ex mensa  
divitis, & nemo illi dabat. Luc. 16. Ex his binis  
textibus disce primò malè fieri, quod Magnates  
tantam copiam canuum alant, pro ilisque etiam

ad

382      *Pars secunda de elevatione*  
ad delitias tractandis sint solliciti ; & non pro  
necessitate sublevanda pauperis Lazari. 2d.  
Quod primum Judæis, & illis renuentibus evan-  
gelizatum postmodum sit gentilibus. 3d.  
Quod humilitas & constantia in petendo omnia  
apud Deum evincant. *Canes veniebant*, & lin-  
gebant ulcera ejus. Factum est autem, ut more-  
retur mendicus, & portaretur ab Angelis in finum  
*Abræa*. Dives, sepultus est in inferno. Luc. 16.  
Ecce grandius discrimin inter divitem & paupe-  
rem post mortem, quam in vita utriusque. Vi-  
dete canes, videte malos operarios, videte con-  
fessionem. Philipp. 3. Tales sunt sub prætextu pie-  
tatis, justitiae aut famæ tuendæ, mordentes, la-  
trantes, scribentes, dicentes calumnias erga pro-  
ximum ; adeoque à bono genio ad latrandum  
non excitati, causantes in consortiis, congre-  
gationibus, in quibus sunt, turbas & dissidia.  
*Foris canes* [ rixatores mordaces ] & venefici, &  
impudici. Apoc. 22. Nam hi omnes è cælo ex-  
cluduntur.

*Oves, Agni, Arietes.*

*Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet*  
*eos.* Ps. 48. Sicut oves benè pastæ ex Ixis  
pascuis ad macellum aguntur, & in angusto lo-  
co una super aliam compingitur : sic in inferno  
unus damnatus projicitur super alterum. Et  
sicut animal herbas comedens non absunt si-  
mul radicem, sed ita herbam depascit, ut vita  
ejus vegetativa maneat. Ita mors in inferno  
damna-